



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Co[n]fiteri nole[n]tibus tres sunt staltitiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

A
INSTITVTO. 64

aduersum me, &c. D. quoque ait Ber
nard. Humiliter confitenti remittit
Deus peccatum , & diabolus etiam
qui in corde hominis inuaserat, amit
tit principatum ; ubi nempe pecca-
tum remittitur, ibi proculdubio dia-
bolus de corde peccatoris expelli-
tur. Et D. quoque pater Augustinus
inquit. Si homo agnoscit, Deus igno-
scit. Quintum est, suffragium ora-
tionis sacerdotis, tenetur enim ora-
te pro eo.

Augus.

Confiteri nolentibus tres sunt
Stultitiae.

Prima est, quod ipsi volunt se
abscondere deo. Ille enim qui
peccatum suum non uult confi-
teri, id uult deo abscondere, sicut fa-
ciebat Adam, qui domino querenti
ubi esset, ait. Vocem tuam domine
in paradiſo audiui, & timui, eo quod
nudus essem, & abscondi me. Mira
fatuitas, quod homo uelit Deo ab-
scondere mala sua, quae eo uidente
commisit. Vnde Ambrosius dicit.
Quare erubescit peccator manifesta-
re peccata sua, quae Deo, & Angelis
suis, atque cunctis animabus sunt
nota, & manifesta? & sicut dicit Pa-

Gen. 3.

Ambr.

F 4

CHRISTIANA

Augus. ter Augustinus. Quod homo detegit, Deus tegit, & cum tegit homo,

Deus detegit. Propterea dicebat propheta Naum.

Reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & ostendam cunctis gentibus nuditatem tuam. Secunda est, in hoc, quod minus uidetur se amare subtellaribus, & stabulis suis. Subtellares enim suos, & stabula frequenter abluunt, & extergunt, seipso in luto & stercore relinquunt.

Iohel. 5 Vnde ait Iohel. Computruerunt iumenta in stercore suo. Tertio est, qui

nolunt deo aperire. Illi enim qui differunt confiteri, differunt deo aperire. Petit sibi Deus aperiri, sicut Cant. quinto habetur. Aperi mihi soror mea, &c. Tunc ei aperitur, cum aliquis peccata sua humiliter confiterit. Vnde mira fatuitas quod citius aperiunt diabolo quam Deo.

E. 179 *Confessio debet esse triplex.*

Iob. 7 Mara. Vnde Iob dicebat. Non

parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei, consolabor in amaritudine anime meae. Et D. Hieronymus dicit. Quanta præcessit in opere delectatio, tanta

debet in oratione.